

55.

Landgraf Hermann bestätigt den Kauf des Dorfes Schwabsdorf durch das Kloster Paulinzelle.

Weissensee, 1201 [Januar—September].

Hilschr.: Or. Perg. Landesarchiv Sondershausen. Die beiden Siegel sind verloren. Phot. H. St. A.

Gedr.: Anemüller, Urkundenb. des Kl. Paulinzelle 59.

5

:In nomine sanctę et individue trinitatis.: Hermannus dei gratia Thuringorum langravius et tocius Saxonie | comes palatinus. Quoniam iustis ac rationabilibus causis et negotiis religiosarum personarum presertim | defensionis nostre tuitionis inmitentium tenemur adesse, preesse et prodesse commodisque ac utilita|tibus monasteriorum in futurum prospicere, notum facimus tam futuris quam presentibus, quod Albero abbas Celle sanctę 10 Pauline et fratres in eodem loco deo servientes predium quoddam XIII. mansorum et dimidii in villa, que dicitur Suauirstorph cum omnibus attinentiis, cum ecclesia, mancipiis, curtibus, agris, pratis, pascuis, molendino, aquis, aquarum decursibus, locis cultis et incultis, quesitis et acquirendis, exitibus et redditibus et cum omni utilitate, que de iam dicto predio iuste ac rationabiliter inposterum potuerit provenire, a comite Alberto de Clettenberch 15 ducentis et quinquaginta libris argenti sine alicuius contradictione et reclamatione comparaverunt et nostre tuitioni sicut et alia monasterii sui bona usibus suis conservandum assignaverunt, ipsum quoque predium iam dictus comes Albertus in presencia nostri cum uxore, cum filiis et filiabus, cum matre, quam XX libris argenti ad consensum inclinavit, iam dicto abbati et fratribus suis libera venditione contradidit et absoluta traditione ven- 20 didit et hanc cartam testamentariam super hoc contractu conscribi nostrique sigilli impressione roborari, ne in posterum aliquid contradictionis contra monasterium suboriatur^{a)}), rogavit omnique suo iuri in iam dicto predio solemniter renunciavit. Huius rei testes sunt: Eggehardus prepositus Goslariensis. Henricus comes de Svarceburch. Guntherus comes. Hermannus de Cranihueult. Hermannus de Thundorph. Lutolfus 25 de Berlestete et alii quam plures. Actum est Winzinse anno incarnationis dominice millesimo ccc. I, indictione quarta, presidente sanctę Romanę ecclesie domino Innocentio, anno pontificatus eius secundo.

(SD.)

(SD.)

56.

Weissensee, 1201.

30

Gedr.: Jovius, Chronicum Schwartzburgicum in Schöttgen und Kreyssig, Dipl. et Scr. 1,160.

In diesem Jahr (1201) waren Graff Eilger von Hohnstein und seines Bruders Graffen Friedrichs seligen Söhne (die zwar nicht genennet werden) uneins über einer Theilung, die wurden zu Weissensee von Landgrafen Herman zu Thüringen, in Beyseyn 35

55. a) übergeschrieben.